

Henricus Warenius Bernhard Oldermann

Theses Disputationum Pathologicarum De Angina Et Uvula

Rostochii: Reusnerus, 1603

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729694968>

Druck Freier  Zugang



RU. med. 1603.

Heinrich Varenius (Wara) Praes.

Bernhard Oldermann. Prop.

Thefes
DIPUTATIONVM
Pathologicarum
ANGINA
PULVULA.

quas
C. F. N.
habeente amplissimâ facultate
Medicâ

SVB PRÆSIDIO
RICI WARENI,
Phil. & Med. Doct.
Pro virili in se suscipere
annitetur

NHARDVS OLDERMAN
Rostochiensis.

Horâ locoq; solitis



ROSTOCHII
habebat Christophorus Reufnerus
ANNO M. D. CIII. 23

Thefes
DISPUTATIONVM
Pathologicarum
DE ANGINA
ET UVULA.

quas
C. F. N.
*Consentiente amplissimâ facultate
Medicâ*

SVB PRÆSIDIO
HENRICI WARENII,
Phil. & Med. Doct.

*Pro virili in se suscipere
annitetur*

BERNHARDVS OLDERMAN
Rostochiensis.

Hora locog. solitis



ROSTOCHII
Excudebat Christophorus Reufnerus
ANNO M. D. CIII.

33

DE ANGINA
ET UULIA



BERNHARDT OLSERMAN

Rostock

T H E S I S I.



Omnes licet oris & faucium existant morbi, qui à defluxionibus supernis originem trahunt: reliquis tamen in præsentia missis, Anginam, & Uvulam, frequentiores quippe & periculosiores, discutere aggrediemur.

2. Priori à varijs varia quoq; imposita sunt nomina. Alij siquidem anginam ab angendo: alij *κωάγγην*, à canibus: *λυκάργγην*, à lupis: *ύάγγην*, à suis: hisce quod animalibus infesta sit, denominarunt. Germani, die Breune / oder Dingerische Kranckheit.

3. Definitur inflammatio musculorum faucium, vel laryngis, deglutitionem & respirationem interceptans.

4. Binæ hujus primæ & præcipuæ occurrunt differentia: Vera seu legitima una; spuria, nothave altera, Gal. I. 4. de vict. acut. com. 30.

5. Veram cum Gal. I. 4. de loc. aff. 3. I. 4. aphor. com. 34. I. 3. progn. com. 16. 17. Paulo quoq; Æginetá I. 3. c. 27. & alijs Hippocrate posterioribus, quadruplicem facimus. Prima est *σωάγγη*, interiores laryngis fauciumq; musculos infestans, quæ *βαρύγχα*, suppressâ linguâ, introspectanti, rubore & tumore est conspicua. Altera, *κωάγγη* specialiter dicitur, quæ nec in faucibus, nec extrinsecus tumore ruboreve dignosci potest. Tertia *ωδρωάγγη* appellatur, fauces quidem interiores occupans; extrinsecus tamen tumore & rubore ad oculum evidens. Quarta *ωδρωκωάγγη*, externæ gutturis partes quando tument.

6. Spuriæ itidem sunt duæ: quarum prior est à pituitoso reumate ad fauces cervicisve musculos decumbente, ibidemq; tumorem œdematosum excitante. Altera est à vertebrarum colli luxatione introrsum peractâ: cui pueros præ cæteris obnoxios, testatum reliquit Hipp. I. 2. Epidem. sect. 2. & Gal. I. 4. de loc. aff. c. 3.

7. Gurgulionis porro affectionem, si superiori parte sit tenuior, inferiori crassior, & uvæ instar propendeat, *σφυλήν*, uvam, sive uvulam; teretem sin formam obtineat, *κλέον*, columellam cum Gal. I. 6. *κλέον* c. 3. Paulo Ægineta I. 6. c. 31. Corn. Celso I. 6. c. 14. I. 10. c. 12. & alijs celebrioribus medicis vocitamus.

Causæ.

8. Causa quatuor verarum anginae differentiarum est vel biliosa vel etiam sanguinea, in singularum subiecta defluxio: cujus quidem & procatarticae & proegumenæ causæ e superiori de catarrho disputatione sunt conspicuæ.

9. Spuriarum prior a pituitoso reumate, ex antea uti dictis quoque patet, inducitur. Posterior ut plurimum a vi externâ, iectu, casu ve; rarius ab internâ, tumore dearticulationem excitante, humoreve vertebrarum vincula laxante, gignitur.

Signa.

10. Veræ anginae signa in genere ex Hipp. l. 2. de morb. colliguntur subsequenter: Febris adest affidua, deglutiendi & respirandi difficultas, stertor. Speciales verò differentia cujusque; ex thesi 5. sunt conspicuæ. Causarum autem signa, præterquam quod ex habitu, ætate, anni tempore, cæterisque; id genus circumstantijs, habeantur: tumore ruboreque; majori vel minori colliguntur.

11. Spuriarum prior febrem nescit, tumoremque; sine rubore proferit. Posterior sæpius post causas procatarticas eatque; violentas; interdum tamen etiam proegumenas: cervicem pone excavatam sensibus offert.

12. Sic uvula & culomella quoque; singulæ suis se conspiciendæ proferunt formis, quæ thesi 7. sunt propositæ.

13. Prognostica in Angina ex Hipp. & Gal. hæc observanda præ cæteris censemus: *νωδύχην* propriè dictam, summo dictatore sic monente in coacis prælagijs §. 16. periculosissimam pronunciamus: proximam in perdendo vim habere *συνάχην*: minoris esse malitiæ *ἡδαιωδύχην*: tutissimam harum *ἡδανωδύχην*: idque; sene itidem nostro approbante, tum alibi, tum præcipuè dicto jam coac. prælag. loco, item, 6. aph. 37. & 7. aph. 49.

14. Spuria, quam diximus, angina prior pueris perquam est familiaris, omnium ferè tutissima; attamen prioribus diuturnior: altera, luxationis veterarum colli progenies, a vi externâ si facta, desperata & lethalis est: a tuberculo vel pituitoso alluvio inducta, rarius; attamen interdum curationem admittit. Hipp. l. 2. epid. sect. 2.

15. Columellæ, sicut & uvulæ, principio facilis est curatio: quæ tamen neglecta, aut suffocationem ægri, aut gargareonis gangranam, infert;

infert, quarum utraq; vel ferro, vel caustico prævenienda. Gal. 1. 6. ἔμπροσθεν c. 3. Hipp. 1. 3. progn. §. 2 1. l. 2. de morbis. Corn. Cels. 1. 6. c. 14. l. 7. c. 12. Paul. Ægin. 16. c. 3 1.

16. Curationem dum persequimur, diætericem pro diversitate acuminis, & temporū quoq; morbi, commodam; tenuem attamen semper præscribemus. Aër sit temperatus, lucidus, liber, radijs tamen Solaribus aut Lunaribus haud illustratus.

Curatio.

17. Cibus in principio semper sit tenuis, monente sic Hipp. 1. aph. 7. & Gal. 1. 6. ἔμπροσθεν c. 3. isq; liquidus & forbilis, actuq; calidus. Priori itaq; triduo non nisi decoctum hordei, cui dulcor, syrupo viol. rosar. siccarum, saccharove cando, sit afflatus, exhibeatur. Hordeatis si uti displicuerit ægris, cerevisiarum defecationum usus concedatur.

18. In ἄσπυρματι tamen, uti quoq; spuriarum priori, plenior paulò concedi posse commodè videtur: unde non incommode & in hisce ferè semper; & in reliquarum declinatione non incongrue cremor ptisanæ sacchar. vel melle conditus, juscula carniū, ova forbilia, in parvā quantitate, exhibentur.

19. In potu qui mulsam præbent, rationi obluentur, ni declinationem morbi, vel pituitosam notham, hoc ipsū faciendo respiciant. Sic etenim & hæc ipsa, discussionem materiæ quo adjuvet, & vinum quoq; concedi poterint.

20. Quies totius, præcipuè supernarum partium, imperetur: unde & loquela haud inconvenienter ægris interdicitur.

21. Vigilijs, uti in catarrho, plurimum temporis tribuatur, & somnus, si vel invitis obrepat, de industriâ quoq; ab astantibus interrumpatur. De reliquis non naturalibus rebus, quod in catarrho superiori disputatione monitum, idem observetur.

22. Præceps cum sit malum angina, principio resistendum. Vena itaq; (præmissa tamen clystere) mox feriatur Cephalica, è quâ si sanguinis quantitas sufficiens, ob virium ægri lapsum, primâ educi haud queat vice, paucis elapsis horis iteratò id fiat. Mulier à suppressis mensibus, anginam si incurrat, Saphena huic ad talum ilico aperiatur: ubi tamen ingravitationis sedulam competit habere rationem. Hæc etenim si adfit, à saphenâ prorsus abstinendum, & ad cephalicæ incisionem festinandum.

23. Quo facto si fauces non derumerint, venarum sub lingua apertio facienda. Phlebotomiæ tamen vicem in imbecillioribus rariisq; texturæ hominibus supplere poterunt vel cucurbitulæ, primû natiuis, dehinc interscapilio & cervici applicatæ, vel etiam hirudines iisdem in locis adhibitæ.

24. Purgantia dehinc non intermittenda, quæ deglutiri si nequeant, vel per clysteris tubum injiciantur, quo natura cacochymix levata onere, reliquæ curationi perficiendæ par esse valeat. Deglutitio dum redierit, liquidioribus per os assumptis purgantibus, prior defectus suppleatur: ubi si suspiciam, vel chymicis laus debetur, quippe quæ mole exigua multum efficacix obtineat. Huc pertinent Ol. & essentia Antimonij, Scammonij, Agarici, Rhabarb. &c.

25. Hæc dum aguntur, Topicorum usus haud negligendus: revulsivis itaq; causâ & frictiones asperæ fortesq;, & vincula arctiora extremis adhibeantur partibus. Gargarismatibus utiq; & hic locus est dandus, quæ initio quidem pro diversitate humorum, vel impetus, ex mitioribus, vehementioribusve præparanda erunt repercutientibus.

26. Ad mitiorem classẽ pertinent austera pleraq; sicut & rosæ rubæ siccæ, capreoli, & sol. vitium, rad. & germina rubi, germ. cynosbati, quercus, sol. plantag. bellidis minoris &c. vehementioribus annumerantur, balustia, myrti fructus & folia, glandes, mespila, corna, omphacia, sem. psydiæ, sumach, galla immatura, aluminis varia genera. Ex quorum vel singulis seorsim, vel aliquibus commixtis & decoctis, & cum rob. de ribes, de berberis, diamoron, dianucum &c. prout medico consultum videbitur, commixtis, gargarisatio continuanda erit, usq; dum principium angina transgressa videatur. Quibus tamen omnibus palmam præripit Nitrum debite cum Sulphure depuratum, tandemq; cum aq. rosar. crystallisatum: postmodum in aq. plantag. vel prunellæ dissolutum & gargarisatum: ardorem etenim faucium subito mitigat, & valide affluentes adhuc humores repercutit.

27. In incremento & statu, monente id Gal. l. 6. *¶* *cap. i.* §. 1. verâ medendi methodo sic dictante, prioribus medicamentis discussoria vis, idoneis ad hanc rem pharmacis, insuper affletur, hoc ordine,

ordine, repellentia in incremento; in statu, & propè eum, discutientia reliquis uti præpolleant; tandem merè discutientibus, vel etiam maturantibus res transigatur. Discussuentium atq; maturantium classẽ ali-
bi videre licet.

28. Empiricis plurimum commendatur hoc quod sequitur: R. fol. salviæ, rutæ, hyssopi, an. M. i. Coq. in s. q. aq. fluentis ad medias. Colentur ad vitrum: colaturæ addatur, cultelli cuspis sulphuris depurati quantum capit, è mixtis fiat potio lutea, quâ tribus vicibus, mox iteratâ gargarisatione, quartâ cochlear. i. ebibendum præbent, quo facto confestim liberari ægrum asserunt.

29. In quo rationibus quidem illorum si standum, quod sulphur balsamus spiritalium existat partium, harumq; morbos iccirco validissimè depellat: non tamen quovis tempore, sed in statu saltem illud censemus exhibendum: deficiente vero hoc sulphure depurato, minori haud efficaciam balsamus sulphuris, quem alias rubinum nominant, vel saltem flores cum croco, myrrhâ & aloë sublimati, decocto admisceri poterunt.

30. Atq; hæc intrinsecus in ore dum peraguntur, forinsecus parti affectæ, etiam in principio, non repellentia, sed potius anodyna, & partium tensionem cum dolore infringentia, applicari debent: ut sunt Ol. chamomælinum, anethinum, amygdalin: dulce, lilliorum album, unguent. dialthææ &c. quibus calidis inunctis Oesophus vel lana fordida superinducendæ.

31. In incremento hæc ipsa externa majori attractoriâ vi polleant, quibus inter reliqua Album græcum quod vocant, stercus asserinum, humanum, nidus hirundinum cum toto, cæteraq; id genus occultâ quâdam proprietate hic profuisse observata, incoqui vel immisceri poterunt.

32. Sin copiosa nimis materia discuti nequeat, matretur, matur atâ, quo maxime vergit, facto foramine vel intus, aut foris, educatur, & tandem reliquorum ulcerum instar, per curetur.

33. Intus vero non incommodè iteratis aliquot vicibus, pul. hirundinum ustarum, rasuræ dentis apri, sem. cardui Mariæ &c.
(quæ

(quæ totâ substantiâ hic prodesse comperta sunt) vel singulorum seorsim, vel conjunctim ʒ. i. ex ol. amygdal. dulc. cum saccharo cando, vel syrup. violar. exhibeantur.

34. In uvula & columella præmissis universalibus, si vel plethoræ vel cacochymix adsint signa, dehinc gagarismatibus adstringentibus & exsiccantibus insistendum: ubi tamen vel maximè auriculam ludæ & uvulariam in vino rubeo decoctam, & gargarisatam, plurimum valere compertum est.

35. Vertici pro revulsione quidam phænigmos ex cantharidibus & fermento: alij ovum assatum, perq; medium dissectum, medieta-tem hujus unam post aliam calidam vertici vel futuræ coronali; vel etiam medullam nucis juglandis cum spir. vini contusam ibidem imponunt.

36. Quibus medicamentis vel propter initio neglectam curam, vel ægri intemperantiam, si non restituatur, ferro dividenda, aut portio ipsius præscindenda, quod quomodo peragendum, videri poterit apud Celsum l. 6. c. 14. & l. 7. c. 12.

Paul. Æginet. l. 6. c. 3 1. Forest. Pa-
ræum & alios.



eor-
do,

ho-
nti-
lam
um

idi-
ta-
vel
im-

um,
tio

(quæ totâ substantiâ hic prodesse comperta sunt,
fim, vel conjunctim 3. i. ex ol. amygdal. dulc.
vel syrup. violar. exhibeantur.

34. In uvula & columella præmissis unive
ræ vel cacochymix adsint signa, dehinc gagaris
bus & exsiccantibus insistendum: ubi tamen v
ludæ & uvulariam in vino rubeo decoctam, & g
valere compertum est.

35. Vertici pro revulsione quidam phæ
bus & fermento: alij ovum assatum, perq; medi
tem hujus unam post aliam calidam vertici vel
etiam medullam nucis juglandis cum spir. vini
ponunt.

36. Quibus medicamentis vel propter in
vel ægri intemperantiam, si non restituatur, ferr
ipsum præscindenda, quod quomodo pera
poterit apud Celsum l. 6. c. 14. & l
Paul. Æginet. l. 6. c. 31. Forest
ræum & alios.



infert, quarum utraq; vel ferro, vel caustico præver
tempus c. 3. Hipp. l. 3. progn. §. 2 1. l. 2. de morbis. C
l. 7. c. 12. Paul. Ægin. l. 6. c. 3 1.

16. Curationem dum persequimur, diæta
acuminis, & temporū quoq; morbi, commodam; te
per præscribemus. Aër sit temperatus, lucidus, libe
ribus aut Lunaribus haud illustratus.

17. Cibus in principio semper sit tenuis, n
aph. 7. & Gal. l. 6. $\tau\epsilon\pi\epsilon\iota\sigma\iota\varsigma$ c. 3. isq; liquidus & sorbi
Priori itaq; triduo non nisi decoctum hordei, cui
rosar. siccarum, Saccharove cando, sit afflatus, e
deatis sin uti displicuerit ægris, cerevisiarum defe
cedatur.

18. In $\alpha\gamma\kappa\upsilon\omega\delta\epsilon\gamma\chi\eta$ tamen, uti quoq; spuria
paulò concedi posse commodè videtur: unde non
hisc ferè semper; & in reliquarum declinatione
mor ptisanæ sacchar. vel melle conditus, juscula car
in parvâ quantitate, exhibentur.

19. In potu qui mulsam præbent, rationi obl
nationem morbi, vel pituitosam notham, hoc ipsum
Sic etenim & hæcipsa, discussionem materiæ quo
quoq; concedi poterint.

20. Quies totius, præcipuè supernarum partiu
& loquela haud inconvenienter ægris interdicitur.

21. Vigilijs, uti in catarrho, plurimum temp
somnia, si vel invitis obrepat, de industriâ quoq;
rumpatur. De reliquis non naturalibus rebus, que
riori disputatione monitum, idem observetur.

22. Præceptum cum sit malum angina, principi
na itaq; (præmissò tamen clystere) mox feriat Cep
guinis quantitas sufficiens, ob virium ægri lapsum,
queat vice, paucis elapsis horis iteratò id fiat. Mulie
ribus, anginam si incurrat, Saphena huic ad talum il
tamen ingravidationis sedulam competit habere rat
nim si adfit, à saphenâ prorsus abstinendum, & ad ce
festinandum.

A 3

6. $\tau\epsilon$
c. 14.

firate
sem
Sola-

Curatio.

pp. 1.
idus.
viol.
Hor-
con-

enior
& in
cre-
bilia,

decli-
ciant.
inum

unde

r, &
inter-
supe-

. Ve-
san-
haud
nen-
ubi
ere-
nem

Qui

